Salzburg, 2. Drittel 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dicentes Rabbi manducare. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad invicem: Nunquid attulit ei aliquis manducare? Dicit eis Iesus: Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me ut perficiam opus eius. Nonne vos dicitis quoniam adhuc quattuor menses sunt et messis venit? Ecce dico vobis: Levate oculos vestros et videte regiones quia albae sunt iam ad messem. Et qui metit mercedem accipit et congregat fructum in vitam aeternam ut et qui seminat simul gaudeant et quia in hoc enim est verbum verum quia alius est qui seminat et alius est qui metit. Ego misi vos metere quod vos non laboraistis. Alii laborauerunt et vos in laboreis eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum samaritanorum propter verbum mulieris testimonium perhibentis quia dixit mihi omnia quecumque fecerim. Cum venissent ergo ad eum samaritani rogauerunt eum ut apud eos maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures credidere propter sermonem eius et mulieri dicebant: Quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus et scimus quia hic est vere saluator mundi.

Offertorium. Memento de vobis domine dum veneritis in regnum tuum. Secreta. Respice quesumus domine preces nostras ad munera quae sanctum tuum ut et tibi sint grata et nobis salutaria semper existant per